An. et vol. XXXVI October-November 1944 (Ser. II, v. XI) Num. 10 et 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 273 – Nuntius radiophonicus, p. 297 – Litterae Apostolicae, p. 301 – Epistulae, p. 277, 304 – Allocutio, p. 281.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Decretum, p. 291. Provisio Ecclesiarum, p. 292, 306 – *S. C. pro Ecclesia Orientali*: Decretum, p. 307. Provisio Ecclesiarum, p. 292, 308. – *S. C. Rituum*: Decreta in causis beatificationis Servorum Dei, p. 292, 309.

Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 296.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie – Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze – Necrologio, pp. 317-320.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M·DCCCC·XLIV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, *L. it.* 70 —

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 12 — extra Italiam, *L. it.* 18 —

« Bis vero in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur »* (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVI, n. 10 - 26 Octobris 1944)

ACTA PII PP. XII

Constitutiones Apostolicae

PAG.

I. *De Yitze.* - Praefectura Apostolica de Yitze in Sinis in Vicariatum Apostolicum evehitur. - *9 Martii 1944* . 273

II. *Norvegiae Septentrionalis.* - Districtus seu Missio sui iuris Norvegiae Septentrionalis ad Praefecturae Apostolicae gradum evehitur. - *10 Martii 1944* 275

III. *Norvegiae Centralis.* - Districtus seu Missio sui iuris Norvegiae Centralis in Praefecturam Apostolicam erigitur. - *10 Martii 1944* 276

Epistulae

I. *Singulari sensu.* - Ad Emum P. D. Carolum S. R. E. Cardinalem Salotti, Episcopum Praenestinum, Sacri Consilii Ritibus tuendis Praefectum, dena a suscepto sacerdotio lustra feliciter peractum. - *14 Septembris 1944* . 277

II. *Nel triste indugiare.* - Ad Emum P. D. Franciscum Episcopum Tusculanum S. R. E. Cardinalem Marchetti Selvaggiani, vice sacra in Urbe Antistitem. - *24 Octobris 1944* 279

Allocutio

Ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et Administros Tribunalis S. Romanae Rotae necnon eiusdem Tribunalis Advocatos et Procuratores . 281

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Saltensis - Jujuyensis - Catamarcensis.* - Decretum. Mutationes finium. - *2 Iulii 1944* 291

II. Provisio Ecclesiae. - *28 Augusti 1944* . 292

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

Provisio Ecclesiae. - *11 Martii 1944* 292

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Sabinen. - Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. Servi Dei Placidi Riccardi, Sacerdotis, monachi professi Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis. - *4 Iunii 1944* . 292

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Romana. - Nullitatis matrimonii (Signorini - Whitmore). - *12 Octobris 1944* 296

(pro Indice fasc. II et pag. III)

An. et vol. XXXVI 26 Octobris 1944 (Ser. II, v. XI) – Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE YÜTZE

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE YÜTZE IN SINIS IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicam de Yütze in Sinis Praefecturam non pauca postremis hisce annis incrementa indefesso labore constantique apostolico studio Ordinis Fratrum Minorum Missionariorum, quibus illa concredita est, suscepisse non parva accepimus animi laetitia. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi Titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis, favorabili voto, volentes Nos iisdem Missionariis meritae laudis testimonium dare et animum insimul addere ad novos maioresque in dies exantlandos labores, ad ecclesiasticum quoque regimen in illa regione facilius salubriusque reddendum, libenter annuendum censuimus precibus dilecti Filii Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, quibus ab hac Apostolica Sede expostulavit ut Praefectura illa in maioris dignitatis gradum evehatur. Omnibus igitur

mature perpensis ac certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema auctoritate Nostra, Apostolicam quam suam diximus Praefecturam de Yütze, iisdem servatis finibus ac nomine, in Vicariatum Apostolicum erigimus, evehimus et constituimus; eumque praefati Fratrum Minorum Ordinis sodalium curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, committimus. Huic itaque novo Vicariatui de Yütze eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei atque beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, die nona Martii mensis, Pontificatus Nostri anno quinto.

ALOYSIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXVIII, n. 42 – Al. Trussardi.

II

NORVEGIAE SEPTENTRIONALIS

DISTRICTUS SEU MISSIO SUI IURIS NORVEGIAE SEPTENTRIONALIS AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maioris dignitatis gradu insignire congruum sane videtur Missiones *sui iuris,* in quibus, indefesso Evangelii praeconum studio, christianum nomen non mediocre susceperit incrementum. Quod quidem ita, Deo propitio, esse laeto animo accepimus in districtu, seu Missione *sui iuris,* Norvegiae Septentrionalis, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo erecta et Congregationi Missionariorum a S. Familia (de *Grave*) concredita. Quare Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, Missionem illam ad potiorem dignitatis gradum, iuxta Sacrorum Canonum normas, evehere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia deque supremae Nostrae auctoritatis plenitudine, Missionem illam *sui iuris* Norvegiae Septentrionalis, eodem servatis nomine ac limitibus, in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque Congregationi quam supra diximus Missionariorum a S. Familia, cuius sodales in regione illa sedulo adlaborant studio, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissam volumus. Novae propterea huic Praefecturae Norvegiae Septentrionalis eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Praefecturae Apostolicae earumque Praesules adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae praesentibus Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc

paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, die decima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno quinto.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXVIII, n. 40 – Al. Trussardi.

III

NORVEGIAE CENTRALIS

DISTRICTUS SEU MISSIO SUI IURIS NORVEGIAE CENTRALIS IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Digna sane est quae ad maioris dignitatis gradum evehatur Missio illa *sui iuris*, in qua, apostolico Missionariorum inibi adlaborantium zelo, christiana res satis profecerit. Cum itaque Districtus seu Missio *sui iuris* Norvegiae Centralis, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo erecta ac Congregationi Sacrorum Cordium Iesu et Mariae commissa, non mediocres fecerit progressus, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, maiori eam dignitatis gradu augere statuimus. Omnibus igitur mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia deque supremae Nostrae potestatis plenitudine, Missionem illam *sui iuris* Norvegiae Centralis in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae sodalibus, qui ad catholicum nomen in regione illa amplius propagandum iam sedulo incumbunt, etiam in posterum, ad Nostrum tamen

et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus. Novae propterea huic Praefecturae Norvegiae Centralis eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae praesentibus Litteris adhiberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, die decima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno quinto.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXVIII, n. 41 - Al. Trussardi.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. CAROLUM S. R. E. CARDINALEM SALOTTI, EPISCOPUM PRAENESTINUM, SACRI CONSILII RITIBUS TUENDIS PRAEFECTUM, DENA A SUSCEPTO SACERDOTIO LUSTRA FELICITER PERACTURUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi delectatione nuper cognovimus, te dena ab inito sacerdotio lustra vertente hoc mense esse expleturum. Huiusmodi enim eventus

celebratio iucundam Nobis exhibet facultatem tibi de sacro munere diu sollerterque gesto ex animo gratulandi eandemque faustitatem Nostra auctoritate secundisque votis prosequendi. Ipse profecto novensilis sacerdos, humanis divinisque litteris doctrinisque praeditus, animarum studio succensus, copiosa grataque pollens facundia morumque suavitate exornatus, sive verbo sive scripto, ad proximorum utilitatem profectumque omnes curas cogitationesque contulisti. Nullus sane Catholicae Actionis campus vigilem sollicitudinem tuam desideravit, nulla fere pia salubrisque consociatio moderamine tuo vel consilio hortatuque caruit. Homines itaque omnis generis conditionisve, iuvenes praesertim, opifices et populares alacrem tuam persenserunt industriam, quae quidem ad animorum culturam fovendam, ad christianos mores perficiendos, ad catholicam fidem illustrandam eandemque a fallaci adversariorum scientia praeiudicatisque opinionibus vindicandam, ad quaestiones magni ponderis de re morali et sociali persolvendas, ad reginam virtutum sive caritatem Franciscali more inculcandam provehendamque firma constantia omnique contentione conversa est. Veteres autem tui discipuli nunquam obliti sunt tuas doctrinae philosophicae explanationes, in quibus gravitatem rerum formae venustate condire consueveras. Sed inter ceteras laudes eminet sane diuturna acrisque opera, quam Apostolicae huic Sedi iugiter navasti, in primis apud Sacrum Consilium Ritibus tuendis, complurium causarum patrocinium pro Servis Dei Beatisque efficaciter sustinens, cum praesertim ad munus fuisti evectus, quod ab eo proximum est Generalis Promotoris Fidei, et cum deinceps hoc ipso officio diligentissime perfunctus es. Interea haud pauca conscripsisti volumina, quae, et rerum maiestate atque utilitate et styli ipsius nitore atque impetu, innumeros lectores ad Sanctorum Martyrumque virtutes et praeclara facinora imitanda fortiter pellexerunt, vel ad quaestiones sociales secundum christiana praecepta intelligendas solvendasque exacuerunt. Postquam vero Decessor Noster ven. mem. Pius XI tibi, archiepiscopali aucto honore, munus a Secretis apud Sacrum Consilium Propagandae Fidei concredere voluit, ipse, regnum Christi dilatandi percupidus, sacris Missionibus ac Pontificiis Operibus, quae a Fidei Propagatione atque a Sancto Petro Apostolo nuncupantur, haud parva incrementa attulisti et Institutum Missionarium apud Collegium Urbanum condendum consilio operaque curavisti. Tot tamque clara erga Ecclesiam civilemque cultum promerita idem Decessor Noster plane agnoscens, anno MCMXXXIII ad Cardinalis dignitatem te evexit atque in pectore reservavit; deinde, triennio nondum exacto, ad amplissimum Ecclesiae Senatum publice cooptavit, ac postea Sacro Consilio Ritibus tuendis praefecit. Nos autem,

qui iam a iuventutis annis grata fruebamur familiaritate tua, quique industriam sollertiamque tuam in tot officiis obeundis perspectam habemus, initio Pontificatus Nostri dioecesim suburbicariam Praenestinam, optione de more abs te effecta, libenter tibi commisimus. Exinde tu peculiares curas ad gregem istum pascendum adsidue impendisti, et nuper quoque, quum ditionis tuae civitatulae et pagi fertilesque agri ex diuturna militum commoratione exque infandis bellicis tormentis ruinas ingentes domesticosque luctus percepissent, tibi cordi fuit calamitatibus afflictos miserosque filios, mandatu quoque ac nomine Nostro, solantibus verbis atque auxiliis, quae praesentes rerum difficultates siverunt, allevare atque angustias asperitatesque vagorum exsulumque delenire. Quae quidem omnia, oblata occasione, memorantes, tibi, Venerabilis Frater Noster, de iugi frugiferaque sacri muneris perfunctione vehementer gratulamur, omnia tibi fausta, felicia, salutaria a Domino adprecantes. Quo interea sacri eventus celebratio maiorem solaciorum donorumque copiam gregi Praenestino afferat, tibi ultro damus, ut, qua malueris die, Sacro pontificali ritu peractó, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Quorum quidem caelestium munerum nuntia et praecipuae Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, tuis laborum sociis cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Septembris, anno MDCCCCXXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. FRANCISCUM EPISCOPUM TUSCULANUM S. R. E. CARDINALEM MARCHETTI SELVAGGIANI, VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM.

Signor Cardinale,

Nel triste indugiare di una guerra che affligge e tiene paurosamente sospesa la vita dei popoli, mentre non cessiamo di far Nostra l'angoscia di tanti diletti figli, costretti a lottare col pericolo, con la fame, con la morte, più ancora deve gemere il Nostro cuore di Padre per il cumulo di rovine morali che tanta calamità va ogni dì più addensando in mezzo alla famiglia cristiana, sospingendo i deboli nella Fede alla più deplorevole incoscienza religiosa coll'oblio dei più sacri doveri.

Che se da una parte la stessa moltitudine e gravità dei mali, onde la guerra è feconda, suscita commoventi spettacoli di virtù e di eroismo e mette in magnifica evidenza la inesauribile vitalità del Vangelo, dobbiamo d'altra parte amaramente osservare come cada invano per molti la voce delle pubbliche sciagure che ammonisce a ravvedimento e addita in Gesù Cristo e nella sua Legge la Via unica della salvezza e della pace per l'uomo e per le nazioni.

Profondamente compresi di uno stato di cose che tanto preme sulla Nostra responsabilità nei riguardi delle anime e Ci fa consapevoli di rovine immensamente più gravi delle materiali e terrene, Noi consideriamo urgente dovere della Nostra universale paternità far giungere a tutti i Nostri figli la voce ammonitrice del Pastore che richiama gli erranti. E mentre in tanto luttuoso sconvolgimento di uomini e di cose siamo grati a Dio del bene che suscita dal male, per l'opera di quei figli che in mille modi fanno dedizione di sè nel campo della Carità, e non cessano di attenuar dolori e di sollevare miserie, a tutti Ci preme di additare nei mali presenti il doloroso portato delle comuni colpe e, invitando a riflettere, persuadere a resipiscenza e a non lasciar passare invano l'ora di Dio.

A questo fine, e perchè la divina Giustizia sia placata e la divina Clemenza e bontà abbrevi i giorni della prova e salvi da nuove rovine e dolori quanto soggiace nel mondo al tormento di tanta guerra, è Nostro proposito che particolarmente a Roma, come nel campo più vicino del Nostro pastorale ministero e centro della Cattolicità, si succedano — in un periodo che Ella stessa fisserà come il più tempestivo alla cosa — pubbliche supplicazioni di penitenza e ordinati Corsi di Missioni, ai quali sia dato a tutti partecipare con sincerità di spirito e umiltà di cuore. Sarà un generale mistico lavacro offerto a tutte le buone volontà e a quanti, fatti saggi dalle sventure e tocchi dalla Grazia, vorranno in questo tempo ritornare al Signore per camminare in novità di vita sui sentieri della Sua Giustizia e della Sua pace.

Presenti Noi stessi in spirito a tale solenne manifestazione di pentimento e di preghiera, ad essa intendiamo inoltre partecipare di persona in quella più opportuna forma che le circostanze suggeriranno. Intanto affidiamo a Lei, Signor Cardinale, la cura di attuare nel miglior modo il Nostro disegno. E mentre non dubitiamo di avere fervorosamente consenzienti tutti i Nostri figli di Roma e molti altri ancora, a Dio stesso e alla celeste Madre lo affidiamo e raccomandiamo fin d'ora per il più felice successo. Nella piena fiducia che la divina Clemenza ci sarà a tutti larga di perdono e di Grazia, come fu già in simili fran-

genti ai nostri padri, umiliati nella contrizione e nella cenere, impartiamo a Lei, al Clero di Roma e ai fedeli tutti della Città Eterna la confortatrice Apostolica Benedizione.

Dato a Roma presso S. Pietro, il giorno 24 Ottobre 1944, anno sesto del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

AD PRAELATOS AUDITORES CETEROSQUE OFFICIALES ET ADMINISTROS TRIBUNALIS S. ROMANAE ROTAE NECNON EIUSDEM TRIBUNALIS ADVOCATOS ET PROCURATORES.*

Il fine unico nella trattazione delle cause matrimoniali

L'inaugurazione del nuovo anno giuridico della Sacra Romana Rota Ci porse negli anni passati l'occasione di mettere in rilievo alcuni punti particolari nella trattazione delle cause matrimoniali, e di mostrare in qual modo la Chiesa, secondo la sua missione e il suo carattere, tali punti vede e considera, e come perciò vuole che siano veduti e trattati anche dal giudice e dagli ufficiali ecclesiastici.

Parlammo anzitutto del diritto naturale al matrimonio e dell'incapacità psichica e somatica di contrarre le nozze. Parimente discorremmo di alcuni principi fondamentali concernenti la dichiarazione di nullità del matrimonio e lo scioglimento del vincolo validamente contratto. Esponemmo poi varie riflessioni sulla certezza richiesta acciocchè il giudice possa procedere a pronunciare la sua sentenza, e rilevammo essere sufficiente la certezza morale, vale a dire quella che esclude ogni ragionevole dubbio circa la verità del fatto, ricordando altresì che essa deve avere un carattere oggettivo e non essere fondata solamente sulla opinione o sul sentimento meramente soggettivo del giudice.

Con la stessa intenzione di esprimere lo spirito e la volontà della Chiesa, che al matrimonio attribuisce una somma importanza per il bene del popolo cristiano e la santità della famiglia, Ci proponiamo oggi — dopo aver ascoltato l'ampia ed accurata relazione annuale del vostro degno e benemerito Decano — di dire alcune parole sulla unità dello scopo, che deve dare speciale forma all'opera e alla collaborazione di tutti coloro, che partecipano alla trattazione delle cause matrimoniali nei tribunali ecclesiastici di ogni grado e specie, e deve animarli e congiungerli in una medesima unità di intento e di azione.

* Habita die 2 mensis Octobris a. 1944.

Triplice elemento della unità di azione

1. – In generale è da premettere che la unità dell'azione umana risulta e proviene dai seguenti elementi: un unico scopo, un comune indirizzo di tutti verso questo scopo unico, un obbligo giuridico-morale di prendere e di conservare un tale indirizzo. Di questi elementi voi ben comprendete che il fine unico costituisce il principio e il termine formale, tanto dal lato oggettivo, quanto dal lato soggettivo. Poichè, come ogni moto riceve la sua determinazione dal fine, verso cui tende, così anche la cosciente attività umana si specifica dallo scopo a cui mira.[1]

Orbene, nel processo matrimoniale il *fine unico* è un giudizio conforme alla verità e al diritto, concernente nel processo di nullità la asserita non esistenza del vincolo coniugale, nel processo informativo *de vinculo solvendo* la esistenza, o no, dei presupposti necessari per lo scioglimento del vincolo. In altri termini, il fine è l'accertare autorevolmente e il porre in vigore la verità e il diritto ad essa corrispondente, relativamente all'esistenza o alla continuazione di un vincolo matrimoniale.

L'*indirizzo personale* si ha mediante la volontà dei singoli che hanno parte nella trattazione della causa, in quanto essi dirigono e subordinano ogni loro pensiero, volere e atto nelle cose del processo al raggiungimento di quel fine. Se pertanto tutti i partecipanti seguono costantemente questo indirizzo, ne viene per naturale conseguenza la loro unità di azione e di cooperazione.

Infine il terzo elemento, ossia l'*obbligo giuridico-morale* di mantenere tale indirizzo, deriva nel processo matrimoniale dal diritto divino. Infatti il contratto nuziale è, per la sua propria natura, e fra i battezzati per la sua elevazione alla dignità di Sacramento, ordinato e determinato non dal volere umano, ma da Dio. Basti ricordare la parola di Cristo: « Ciò che Dio ha congiunto, l'uomo non si attenti di separare »,[2] e l'insegnamento di S. Paolo: « Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia ».[3] L'alta gravità di quest'obbligo, originato come da fonte suprema e inestinguibile dal diritto divino, a servigio della verità nel processo matrimoniale, deve essere sempre fortemente affermata e inculcata. Mai non avvenga che nelle cause matrimoniali dinanzi ai tribunali ecclesiastici abbiano a verificarsi inganni, spergiuri, subornazioni o frodi di qualsiasi specie! Perciò tutti coloro, che vi hanno qualche parte, debbono serbare vigile la coscienza, e al bisogno risvegliarla

[1] Cfr. *S. Th.* 1ª 2ae p. q. 1 a. 2.

[2] Matth. 19, 6.

[3] *Eph.* 5, 32.

e ravvivarla, per rammentare che questi processi vengono in fondo condotti non dinanzi al tribunale degli uomini, ma a quello del Signore onnisciente, e che per conseguenza i relativi giudizi, se qualche frode, che concerna la sostanza, li falsi, non hanno valore davanti a Dio e nel campo della coscienza.

L'unità di fine e di azione nei singoli partecipanti alle cause matrimoniali

2. – L'unità e la collaborazione nelle cause matrimoniali si effettua dunque mediante l'unità del fine, l'indirizzo verso il fine, l'obbligo della subordinazione al fine. Questo triplice elemento impone all'azione propria dei singoli partecipanti esigenze essenziali e la segna di una particolare impronta.

a) *il giudice*

a) Innanzi tutto, per ciò che riguarda il *giudice*, che è come la giustizia animata, l'opera di lui arriva al suo apice nella emanazione della sentenza; la quale accerta e fissa giuridicamente la verità e le dá valore legale, così per quel che concerne il fatto da giudicare, come per ciò che si riferisce al diritto da applicarsi nel caso. Ma a tale chiarimento e servigio della verità è ordinato come a suo scopo tutto il processo. Perciò in questo oggettivo ordinamento al fine il giudice trova anche una sicura norma direttiva in ogni personale indagine, giudizio, prescrizione, divieto, che lo svolgimento del processo porta con sè. Di qui appare come l'obbligo giuridico-morale, a cui sottostà il giudice, altro non è che quello già menzionato derivante dal diritto divino, vale a dire di ricercare e determinare secondo verità se un vincolo, che coi segni esterni è stato stretto, esiste in realtà, ovvero se vi sono i presupposti necessari per il suo scioglimento, e, stabilita la verità, di emanare la sentenza in conformità di essa. In ciò sta l'alta importanza e la personale responsabilità del giudice nella direzione e nella conclusione del processo.

b) *il Difensore del vincolo*

b) Al *Difensore del vincolo* spetta di sostenere la esistenza ovvero la continuazione del vincolo coniugale, non però in modo assoluto, ma subordinatamente al fine del processo, che è la ricerca e il risultamento della verità oggettiva.

Il Difensore del vincolo deve collaborare al fine comune, in quanto indaga, espone e chiarisce tutto ciò che si può addurre in favore del vincolo. Affinchè egli, che è da considerare come « *Pars necessaria ad iudicii*

validitatem et integritatem »,[4] possa adempire efficacemente il suo ufficio, l'ordine processuale gli ha attribuito particolari diritti e assegnato determinate incombenze.[5] E come non sarebbe compatibile con l'importanza della sua carica e con l'adempimento solerte e fedele del suo dovere, se egli si contentasse di una sommaria visione degli atti e di alcune superficiali osservazioni; così non è conveniente che tale ufficio venga affidato a coloro che mancano ancora di esperienza della vita e di maturità di giudizio.[6] Da questa regola non esenta il fatto che le osservazioni del Difensore del vincolo vengono sottoposte all'esame dei giudici, poichè questi hanno da trovare nell'accurata opera di lui un aiuto e un complemento della propria attività, nè è da pretendere che essi rifacciano sempre tutto il lavoro e tutte le indagini del Difensore, per potersi fidare della sua esposizione.

D'altra parte non si può nemmeno esigere dal Difensore del vincolo che egli componga e prepari ad ogni costo una difesa artificiosa, senza curarsi se le sue affermazioni abbiano un serio fondamento oppur no. Una tale esigenza sarebbe contraria alla sana ragione; graverebbe il Difensore del vincolo di una fatica inutile e senza valore; non porterebbe nessun chiarimento, ma piuttosto una confusione della questione; trascinerebbe dannosamente il processo per le lunghe. Nell'interesse stesso della verità e per la dignità del suo ufficio, si deve dunque riconoscere in massima al Difensore del vincolo, ove il caso lo richieda, il diritto di dichiarare: che dopo un diligente, accurato e coscienzioso esame degli atti, non ha rinvenuta alcuna ragionevole obiezione da muovere contro la domanda dell'attore o del supplicante.

Questo fatto e questa coscienza di non dovere incondizionatamente sostenere una tesi ordinatagli, ma di essere al servigio della verità già esistente, preserverá il Difensore del vincolo dal proporre interrogazioni unilateralmente suggestive e insidiose; dall'esagerare e mutare possibilità in probabilità o perfino in fatti compiuti; dall'affermare o costruire contraddizioni, dove un sano giudizio non le vede o facilmente le scioglie; dall'impugnare la veridicità di testimoni a causa di discrepanze o inesattezze in punti non essenziali o senza importanza per l'oggetto del processo, discrepanze e inesattezze, di cui la psicologia delle deposizioni dei testi insegna che esse rimangono nell'ambito delle normali cause di errore e non tolgono valore alla sostanza della deposizione stessa. La coscienza di dover servire alla verità riterrà infine il Difen-

[4] Bened. XIV, constit. *Dei miseratione*, 3 Nov. 1741, § 7.

[5] Cfr. p. e. can. 1967-1969.

[6] Cfr. *Norm. S. R. Rotae Trib.* 29 Iunii 1934, art. 4 § 2.

sore del vincolo dal chiedere nuove prove, quando le già addotte siano pienamente sufficienti a stabilire la verità: ciò che anche in altra occasione designammo come da non approvarsi.

Nè si obietti che il Difensore del vincolo deve scrivere le sue *animadversiones* non « *pro rei veritate* », ma « *pro validitate matrimonii* ». Se con ciò si vuole intendere che egli ha per parte sua da mettere in rilievo tutto quel che parla in favore e non quel che è contro l'esistenza o la continuazione del vincolo, l'osservazione è ben giusta. Se invece si volesse affermare che il Difensore del vincolo nella sua azione non è tenuto a servire anch'egli, come ad ultimo scopo, all'accertamento della verità oggettiva, ma deve incondizionatamente e indipendentemente dalle prove e dai risultati del processo sostenere la tesi obbligata della esistenza o della necessaria continuazione del vincolo, questa asserzione sarebbe da ritenersi come falsa. In tal senso tutti coloro che hanno parte nel processo debbono senza eccezione far convergere la loro azione all'unico fine: *pro rei veritate!*

c) *il Promotore di giustizia*

c) Non vorremmo omettere alcune brevi osservazioni anche per ciò che si riferisce al *Promotore di giustizia*. Può essere che il bene pubblico richieda la dichiarazione di nullità di un matrimonio e che il Promotore di giustizia ne faccia regolare petizione al tribunale competente. In nessun altro punto si potrebbe essere tanto inclinati a mettere in dubbio la unicità del fine e della collaborazione di tutti nel processo matrimoniale, quanto qui, ove due pubblici ufficiali sembrano prendere posizione l'uno contro l'altro dinanzi al tribunale: l'uno, il Difensore del vincolo, deve per ufficio negare ciò che l'altro, pure per ufficio, è chiamato a promuovere. Ed invece precisamente qui si mostrano in modo manifesto la unità del fine e l'unico indirizzo di tutti a questo fine; poichè ambedue, nonostante l'apparente opposizione, pongono in fondo al giudice la medesima richiesta: di emettere un giudizio secondo la verità e la realtà dello stesso fatto oggettivo. La rottura della unità del fine e della collaborazione si avrebbe soltanto se il *Defensor vinculi* e il *Promotor iustitiae* considerassero i loro prossimi e opposti fini come assoluti e li sciogliessero e separassero dalla loro connessione e subordinazione al comune scopo finale.

d) *l'avvocato*

d) Ma l'unità del fine, l'indirizzo verso il fine e l'obbligo della subordinazione al fine nel processo matrimoniale debbono considerarsi e ponderarsi con particolare attenzione a riguardo del consulente legale o

avvocato, di cui l'attore o il convenuto o il supplicante si servono, perchè nessuno è più esposto al pericolo di perderli di vista.

L'avvocato assiste il suo cliente nel formulare il libello introduttorio della causa, nel determinare rettamente l'oggetto e il fondamento della controversia, nel mettere in rilievo i punti decisivi del fatto da giudicare; gli indica le prove da addurre, i documenti da esibire; gli suggerisce quali testimoni siano da indurre in giudizio, quali punti nelle deposizioni dei testi siano perentori; durante il processo lo aiuta a valutare giustamente le eccezioni e gli argomenti contrari e a confutarli: in una parola, raccoglie e fa valere tutto ciò che puó essere allegato in favore della domanda del suo patrocinato.

In questa molteplice attività l'avvocato può ben porre ogni studio per ottenere la vittoria alla causa del suo cliente; ma in tutta la sua azione non deve sottrarsi all'unico e comune scopo finale: lo scoprimento, l'accertamento, l'affermazione legale della verità, del fatto oggettivo. Voi qui presenti, insigni giuristi e integerrimi difensori del foro ecclesiastico, ben sapete come la consapevolezza di tale subordinazione deve guidare l'avvocato nelle sue riflessioni, nei suoi consigli, nelle sue asserzioni e nelle sue prove, e come essa non solo lo premunisce dal costruire artificiosamente e dal prendere a patrocinare cause prive di qualsiasi serio fondamento, dal valersi di frodi o d'inganni, dall'indurre le parti e i testimoni a deporre il falso, dal ricorrere a qualsiasi altra arte disonesta, ma lo porta anche positivamente ad agire in tutta la serie degli atti del processo secondo i dettami della coscienza. Al supremo termine della verità da far rifulgere è necessario che convergano tanto l'opera dell'avvocato, quanto quella del Difensore del vincolo, perchè ambedue, pur movendo da punti opposti per fini prossimi diversi, hanno da tendere al medesimo scopo finale.

Da qui apparisce che cosa si debba pensare del principio purtroppo non di rado affermato o in fatto seguito. « L'avvocato — si dice — ha il diritto e il dovere di produrre tutto ciò che giova alla sua tesi, non meno che il Difensore del vincolo fa rispetto alla tesi opposta; per nessuno dei due vale la norma: *pro rei veritate!* L'apprezzamento della verità è ufficio esclusivamente del giudice; gravare l'avvocato con tale cura significherebbe impedirne od anche paralizzarne del tutto l'attività ». Tale osservazione si basa sopra un errore teorico e pratico: essa disconosce l'intima natura e l'essenziale scopo finale della controversia giuridica. Questa nelle cause matrimoniali non può paragonarsi ad una gara o ad una giostra, ove i due contendenti non hanno un comune scopo finale, ma ognuno persegue il suo scopo particolare e assoluto, senza

riguardo, anzi in opposizione a quello del suo antagonista, vale a dire sconfiggere l'avversario e riportare la vittoria. In tal caso il vincitore con la sua lotta coronata da successo crea il fatto oggettivo, che per il giudice del combattimento o della gara è motivo determinante nel conferimento del premio, poichè per lui è legge: Al vincitore il premio. Tutt'altrimenti accade nella contesa giuridica di un processo matrimoniale. Qui non si tratta di creare un fatto con la eloquenza e la dialettica, ma di mettere in evidenza e far valere un fatto già esistente. Il summenzionato principio cerca di scindere l'attività dell'avvocato dal servigio della verità oggettiva, e vorrebbe in qualche modo attribuire all'abile argomentazione una forza creatrice del diritto, come l'ha il vittorioso combattimento in una gara.

La stessa considerazione dell'incondizionato obbligo verso la verità vale anche nel caso del semplice procedimento informativo in seguito alla domanda per scioglimento del vincolo. L'istruzione della causa nel foro ecclesiastico non prevede l'intervento di un patrocinatore legale del supplicante; ma è un naturale diritto di quest'ultimo di valersi, per suo conto, del consiglio e dell'assistenza di un giurista nella redazione e nella motivazione della supplica, nella scelta e presentazione dei testimoni, nel superamento delle sopravvenienti difficoltà. Il consulente legale o l'avvocato può anche qui mettere in opera tutto il suo sapere e la sua valentia in favore del suo cliente; ma anche in questa attività estragiudiziale egli deve ricordarsi dell'obbligo che lo lega al servizio della verità, della sua sottomissione al fine comune e della parte che ha da compiere nel comune lavoro per il conseguimento di questo fine.

Da quanto abbiamo esposto appare manifesto come, nella trattazione delle cause matrimoniali nel foro ecclesiastico, giudice, difensore del vincolo, promotore di giustizia, avvocato debbono fare, per così dire, causa comune e insieme collaborare, non mescolando l'ufficio proprio di ciascuno, ma in cosciente e voluta unione e sottomissione al medesimo fine.

e) *Le parti, i testimoni, i periti*

e) È superfluo di aggiungere che la medesima legge fondamentale — indagare, rendere manifesta e far valere legalmente la verità — obbliga anche gli altri partecipanti al processo. Per assicurare il raggiungimento di tale scopo viene loro imposto il giuramento. In questa subordinazione al fine essi trovano una chiara norma per il loro orientamento interno e per la loro azione esterna, e ne attingono sicurezza di giudizio e quiete della coscienza. Nè alle *parti,* nè ai *testimoni,* nè ai *periti* è lecito di costruire fatti non esistenti, dare agli esistenti una infondata interpre-

tazione, negarli, confonderli od offuscarli. Tutto ciò contrasterebbe col servigio da prestarsi alla verità, cui obbligano la legge di Dio e il giuramento dato.

Il processo matrimoniale nel suo ordinamento e subordinazione al fine universale della Chiesa, la salute delle anime

3. – Abbracciando ora con la mente il già detto, il nostro pensiero vede palesemente come il processo matrimoniale rappresenta una unità di fine e di azione, nella quale i singoli partecipanti debbono esercitare il loro particolare ufficio in reciproco coordinamento e in comune ordinamento al fine medesimo ; a somiglianza dei membri di un corpo, che hanno bensì ciascuno la loro propria funzione e la loro propria attività, ma al tempo stesso sono reciprocamente coordinati e insieme ordinati al conseguimento dello stesso scopo finale, che è quello dell'intero organismo.

Tuttavia questa considerazione intorno all'intima natura del processo matrimoniale rimarrebbe incompleta, se non si desse uno sguardo anche ai suoi esterni rapporti.

Il processo matrimoniale nel foro ecclesiastico è una funzione della vita giuridica della Chiesa. Nella Nostra Enciclica sul Corpo mistico di Cristo abbiamo esposto come la cosiddetta « Chiesa giuridica » è bensì di origine divina, ma non è tutta la Chiesa ; come essa in qualche modo rappresenta soltanto il corpo, che deve essere vivificato dallo spirito, vale a dire dallo Spirito Santo e dalla sua grazia. Nella stessa Enciclica spiegavamo altresì come tutta la Chiesa, nel suo corpo e nella sua anima, quanto alla partecipazione dei beni e al profitto che ne deriva, è costituita esclusivamente per la « salvezza delle anime », secondo la parola dell'Apostolo : « Omnia vestra sunt ».[7] Con ciò è indicata la superiore unità e il superiore scopo, cui sono destinate e si dirigono la vita giuridica e ogni giuridica funzione nella Chiesa. Ne segue che anche il pensiero, il volere e l'opera personale nell'esercizio di una tale attività debbono tendere al fine proprio della Chiesa : la salute delle anime. In altri termini, il fine superiore, il principio superiore, l'unità superiore non dice altro che « cura delle anime », come tutta l'opera di Cristo sulla terra fu cura delle anime, e cura delle anime fu ed è tutta l'azione della Chiesa.

Ma il giurista, che, come tale, guarda al nudo diritto e alla rigida giustizia, suole mostrarsi quasi istintivamente estraneo alle idee e agl'intenti della cura delle anime e propugna una chiara separazione tra i due fori, il foro della coscienza e quello dell'esterna convivenza giuridico-

[7] *1 Cor.* 3, 22.

sociale. Questa tendenza verso una netta divisione dei due campi è fino a un certo grado legittima, in quanto il giudice e i suoi collaboratori nel procedimento giudiziario non hanno per ufficio proprio e diretto la cura pastorale. Sarebbe però un funesto errore l'affermare che non si trovino anch'essi in ultima e definitiva istanza al servizio delle anime. Essi verrebbero così a mettersi nel giudizio ecclesiastico fuori dello scopo e dell'unità di azione propri della Chiesa per divina istituzione; sarebbero come membri di un corpo, che non si inseriscono più nella sua totalità e non vogliono più sottoporre e ordinare la loro azione allo scopo dell'intero organismo.

Efficacia di tale ordinamento e subordinazione sull'attività giuridica

L'attività giuridica, e particolarmente la giudiziaria, non ha nulla da temere da tale ordinamento e subordinazione; che anzi essa ne è fecondata e promossa. La necessaria larghezza di vedute e di decisione ne è assicurata, poichè, mentre la unilaterale operosità giuridica nasconde sempre in sè il pericolo di un esagerato formalismo e attaccamento alla lettera, la cura delle anime garantisce un contrappeso, mantenendo desta nella coscienza la massima: « Leges propter homines, et non homines propter leges ». Perciò in altra occasione avemmo già ad avvertire che là ove la lettera della legge fosse di ostacolo al raggiungimento della verità e della giustizia, deve sempre essere aperto il ricorso al legislatore.

Il pensiero dell'appartenenza al servigio del fine della Chiesa conferisce inoltre a tutti coloro, che partecipano alla sua attività giuridica, anche la necessaria indipendenza ed autonomia di fronte al potere giudiziario civile. Fra Chiesa e Stato, come rilevammo nella menzionata Enciclica sul Corpo mistico di Cristo, sebbene ambedue siano nel pieno significato della parola società perfette, vi è tuttavia una profonda differenza. La Chiesa ha un proprio particolare carattere di origine e di impronta divina. Da ciò deriva anche nella sua vita giuridica un tratto a lei proprio, un orientamento, fin nelle ultime conseguenze, verso pensieri e beni superiori, oltremondani, eterni. Quindi, piuttosto che un'opinione, è da considerare per vari motivi come un erroneo giudizio il dire di alcuni che l'ideale della prassi giuridica ecclesiastica consiste nella sua maggior possibile assimilazione e conformità all'ordinamento giudiziario civile; il che tuttavia non esclude che essa possa opportunamente avvantaggiarsi del vero progresso della scienza del diritto anche in questo campo.

Finalmente il pensiero dell'appartenenza alla superiore unità della

Chiesa e della subordinazione al suo fine universale, la *salus animarum*, comunica all'attività giuridica la fermezza per procedere nel sicuro cammino della verità e del diritto, e la preserva non meno da una debole condiscendenza verso le disordinate brame delle passioni che da una dura e ingiustificata inflessibilità. La salute delle anime possiede come guida una norma suprema assolutamente sicura: la legge e la volontà di Dio. A questa medesima legge e volontà di Dio un'attività giuridica, che riconosce e ha coscienza di non avere nessun altro fine che quello della Chiesa, si indirizzerà fermamente nel regolamento dei casi particolari a lei sottoposti, e vedrà così confermata in un ordine superiore quella che già era nel suo proprio campo la sua massima fondamentale: servigio e affermazione della verità nell'accertamento del vero fatto e nell'applicazione ad esso della legge e della volontà di Dio.

Perciò Ci riesce di particolare soddisfazione il sapere che cotesto S. Tribunale è inconcussamente fedele a così eccelsa norma e può essere quindi additato come esempio ai Tribunali diocesani, che ad esso guardano come a modello e norma.

Voglia il Cielo che il nuovo anno giuridico della Sacra Romana Rota, il quale si inaugura oggi sotto la invocazione dello Spirito Santo, sia anche auspicio della inaugurazione di un nuovo anno giuridico di pace e di giustizia nel mondo!

Con tale voto invochiamo su di voi e sull'opera vostra i lumi della divina Sapienza, mentre con effusione di cuore impartiamo a tutti e a ciascuno la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

SALTENSIS-JUJUYENSIS-CATAMARCENSIS

DECRETUM

MUTATIONES FINIUM

Cum nuper expostulatum fuerit ab Apostolica Sede ut limites inter archidioecesim Saltensem et dioeceses Jujuyensem et Catamarcensem cohaereant cum limitibus civilibus, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XII, perpendens petitionem cessuram in bonum spirituale fidelium, eidem benigne annuendum censuit. Quare, attento consensu Excmorum Patrum DD. Roberti Tavella, Archiepiscopi Saltensis, Henrici Mühn, Episcopi Jujuyensis et Caroli Hanlon, Episcopi Catamarcensis, ac suffragante voto Excmi P. D. Iosephi Fietta, Archiepiscopi tit. Sardicensis et Nuntii Apostolici in Republica Argentina, atque suppleto, quatenus opus sit, consensu aliorum interesse habentium vel habere praesumentium, Sanctitas Sua Apostolicae potestatis plenitudine statuit, vi praesentis Consistorialis Decreti, ut territorium « *Departamento de Susques* » pertinens ad archidioecesim Saltensem, perpetuo incorporetur dioecesi Jujuyensi, et territorium « *Departamento de Antofagasta de la Sierra* » pertinens ad eamdem archidioecesim Saltensem perpetuo aggregetur dioecesi Catamarcensi; mutatis hac ratione finibus praefatarum dioecesium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum Nuntium Apostolicum R. P. D. Iosephum Fietta, eidem tribuens facultates omnes ad id opportunas et necessarias, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 2 Iulii 1944.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis*

L. ✠ S.

B. Renzoni, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIAE

Sanctissimus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, decreto S. Congregationis Consistorialis die 28 mensis Augusti anno 1944 dato, Cathedrali Ecclesiae Tarantasiensi praefecit R. D. Augustum Jauffrès, Vicarium Generalem dioecesis Vivariensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssñus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali die 11 mensis Martii anno 1944 dato, Cathedrali Ecclesiae Trichuriensi praefecit R. D. Georgium Alapatt, parochum in praedicta dioecesi.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

SABINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI PLACIDI RICCARDI, SACERDOTIS, MONACHI PROFESSI ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Ioannes Tritemius, Abbas S. Martini in Spanhem, Ordinis S. Benedicti, hac ratione Monachum ad sui status perfectionem adhortatus: « In primis, ait, expurga conscientiam tuam ab omni macula peccati ... « ut nulla in te remaneat concupiscentia mali, ut mens in exercitio fiat « divini amoris fervida et in cunctis virtutibus laudabiliter exornata ...

« In humilitate semper esto praecipuus, constantia et obedientia firmus, « castitate mentis et corporis nitidus, mansuetudine pius ... perfectionis « desiderio iugiter accensus ... In meditatione Passionis Domini et Sal- « vatoris nostri Iesu Christi diligenter exercita mentem tuam, ita ut nulla « praetereat dies, in qua vitam et mortem eius cum gratiarum actione « ad minus semel non percurreris meditando cum lacrymis ... Nihil est « enim illa oratione potentius, quae Deo Patri offertur in unione ac vir- « tute Dominicae passionis ... Nihil enim reperitur efficacius ad cu- « randa conscientiae vulnera, nihil potentius ad purgandam aciem pavi- « dae mentis, quam sedula vulnerum Christi meditatio » (Hom. XVI).

Hactenus praeclarissimus ille spiritualis vitae magister. Eius verba ad Venerabilis monachi Placidi Riccardi vitam describendam accommodatissima videntur.

Trebiae in Umbria, die S. Ioanni Praecursori Domini sacro, e piis honestisque parentibus natus est Dei Servus a. 1844, atque in sacro baptismatis fonte Thomae nomen accepit. In Domini timore et amore ab eis educatus studiorum curriculum in Lucariniano ephebaeo primum aggressus est, Spoleti deinde humaniores litteras didicit, philosophicis demum disciplinis in insigni Collegio Angelico Ordinis Praedicatorum diligenter in Urbe incubuit.

Ad celeberrimum Lauretanum B. M. V. Sanctuarium peregrinatus, prima divinae vocationis ad religiosam vitam germina, divinae Matris favore, in se pullulare percepit in qua vocatione, spiritualia exercitia Romae peragens, se confirmavit. Quum se ad solitudinem et orationis studium inclinatum agnosceret, Ordinem S. Benedicti selegit. Quapropter die 12 mensis Novembris, anni 1866, in Monasterio S. Pauli de Urbe, Postulatum incepit, sequenti vero anno, in sollemnitate Epiphaniae Domini, assumpto Placidi nomine, tirocinium posuit. Sancti Patriarchae Benedicti spiritum affatim hauriens, totum se religiosae perfectionis studio dedidit, tantumque profecit, quantum eius postea sanctitas declaravit.

Tirocinio expleto vota simplicia nuncupavit, sollemnia vero die 10 Martii a. 1871 : die autem 25 eiusdem mensis ad Sacrum Presbyteratus Ordinem fuit promotus.

Sacerdotali charactere ditatus, praeter monasticas observantias, plura spiritualia ministeria, magno cum animorum emolumento, ex obedientia exercuit. Abbatialis Vicarius Amerini Monasterii renuntiatus, sacras Virgines efficaci opere ad perfectionem monasticam impulit atque eximia prudentiae laude in Urbano S. Pauli coenobio tironum magistri munere functus est.

Celeberrimi Farfensis B. M. V. sanctuarii regimini praepositus, per septem supra decem annos eius cultum promovit, eiusque industria factum est ut frequens populus devotus huc, ex viciniis quoque, accederet, quem sacra catechesi sermonibusque excolebat, atque paenitentiae sacramento Deo reconciliabat divinoque pabulo reficiebat. Enimvero ad haec ministeria rite obeunda summa se diligentia comparabat cum iugi sacrarum litterarum Ecclesiaeque Patrum ac Doctorum studio, tum, quolibet humano posthabito negotio, assidua ad Deum prece, in qua totum, quod reliquum erat temporis, diu noctuque impendebat.

Exinde copiam virtutum omnium, quae sacerdotem et monachum decent, uberrime hauriebat; quae ei non modo venerationem concitabat, sed etiam efficacitatem tribuebat ad peccatores in viam salutis reducendos et ad fideles virtutibus excolendos.

Porro divinae passionis mysteria et beatissimae Virginis perdolentis angores quae pie recolebat, quotidianum eius pabulum fuerunt; Sacrosanctum Missae sacrificium ea pietate celebrat, ut admiratione astantes percelleret, nec minori religione cetera sacra peragebat. Indulgentias quamplurimas adipisci studebat, quibus animas purgatorio igne excruciatas a paenis sublevaret.

Caelestis gloriae desiderio abreptus cunctas mundi delicias abhorruit. « Quo enim, scribit Card. de Lauraea, ardentiori spiritus impetu per ocu« los spei quis fertur in contemplationem aeternorum bonorum, quae in « caelis sunt, eo magis corporis oculis vilescunt ea omnia quae sunt super « terram » (In 3. Sent.). Deo confisus, cunctas, in quas offenderet, difficultates superabat.

Paenitentiae amore, austerissimam Dei Servus in cibo potuque sobrietatem coluit; sensus assidua sui coercitione sepsit sanctamque in se crudelitatem acer exercuit.

Paupertatem coluit asperrimam; vestibus, utique mundis, sed pluries reconcinnatis, utebatur, quae vix eum ab aeris inclementia tuebantur. Ea fuit obedientia, ea animi demissione, ut nemini se praeferret magnumque peccatorem se profiteretur, atque vel sibi subditis se subiceret.

Uno verbo, nulla fuit virtus quae in eo non heroice eniteret. Merito itaque quotquot eius consuetudine fruiti sunt sanctum, quoad vixit, praedicarunt; quod iudicium populi quoque voce confirmatum est adhucque viget post eius mortem, quam in patriarchali monasterio S. Pauli, die 15 mensis Martii anno 1915, sacramentis munitus, piissime oppetiit.

Tredecim annis post in Sabinensi curia atque per rogatoriales litteras Ameriae et Coloniae Agrippinae informativi processus constructi sunt atque ad sacram hanc Congregationem delati. Servi Dei scriptis perpen-

sis ceterisque de iure servatis, Pius Papa XI, fel. rec., Commissionem Introductionis Causae sua manu signavit; decretum quoque est editum super liturgico numquam praestito cultu; coram Revmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente, Antepraeparatoria super virtutibus die 3 Martii a. 1942 celebrata est Congregatio, quam die 25 mensis Maii sequentis anni Praeparatoria est subsequuta. Demum die 9 proxime elapsi mensis coram Ssmo D. N. Pio Papa XII in Generali, idem Revmus Cardinalis dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.* Porro qui convenerant Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum edidere suffragium. Ast Beatissimus Pater suum de more edere iudicium ad hanc usque Dominicam distulit ut suis praesentiumque precibus maius a Deo lumen imploraret.

Quocirca Revmis Cardinalibus Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, atque subscripto S. R. C. Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali meque Secretario arcessitis sacraque Hostia pientissime oblata, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Placidi Riccardi in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iunii, Dominica Ssmae Trinitatis a. D. 1944.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (SIGNORINI-WHITMORE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Mariae Whitmore, in causa conventae, natae in oppido S. Louis Statuum Foederatorum Americae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 20 Martii 1945 hora duodecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An sententia Rotalis diei 24 februarii 1939 negans nullitatem matrimonii impugnati sit confirmanda, vel infirmanda, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Mariae Whitmore, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

A. Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Octobris 1944.

I. Stoppini, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Marie Whitmore, défenderesse en cette cause, née à St Louis (U. S. A.), nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 20 mars 1945 à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 24 Février 1939, déclarant la validité du mariage en question, doit-elle être confirmée ou infirmée?

Les Ordinaires des lieux, le curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Marie Whitmore devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

An. et vol. XXXVI 21 Novembris 1944 (Ser. II, v. XI) – Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XV MENSIS OCTOBRIS ANNO MCMXXXXIV, CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA REPUBLICA ARGENTINA IN URBE BONAËRENSI COADUNATIS.

Venerables Hermanos y amados hijos que, presididos por Nuestro dignísimo Cardenal Legado, recordáis y renováis con tan elevado fervor, en la espléndida Buenos Aires, los triunfos del Rey Eucarístico, de los que hace diez años la Providencia quiso que fuéramos actor y testigo:

¿Cómo podríamos en este momento haceros llegar las vibraciones de Nuestra conmovida voz, caballera en las ondas prodigiosas, sin sentir que tras ella se Nos quiere ir el alma, haciendo reverdecer de nuevo en Nuestra mente, con vigor primaveral, la alegre siempreviva del recuerdo?

Dos lustros ya, y casi experimentamos todavía la misma emoción que cuando por vez primera, con paso trémulo, pisábamos la hermosa tierra argentina; dos lustros, y diríamos que aún resuenan en Nuestros oídos vuestros vítores y vuestras ovaciones, el fervoroso rumor de vuestras plegarias y las armonías ardientes de vuestros himnos; dos lustros, y en Nuestra retina parece que no se ha borrado la imagen de aquella Cruz monumental — blanca, poderosa, armónica, como el alma nacional argentina — y ante ella la cándida masa, dilatada como un mar, de los inocentes que corrían al dulce abrazo del Maestro de Galilea; las graves y varoniles falanges masculinas, que, en compactas y a veces marciales y rítmicas formaciones, acudían a nutrirse — Autoridades y Jefes a la cabeza — con el Pan de los fuertes; los numerosos coros, llenos de gracia y devoción, de vuestras jóvenes, de vuestras mujeres, que iban a beber a

la fluente del Cordero que se apacienta entre lirios. ¡ Doquiera grandiosidad y entusiasmo, doquiera magnificencia y fervor ! Y en el aire, en los anuncios luminosos, en los vehículos y en las fachadas, sobre los vestidos y dentro de los pechos la Hostia santa, recibiendo uno de los más grandes homenajes públicos y sociales que hasta entonces recordaba la historia. « Tuya es, Señor, la magnificencia, el poder, la gloria y la victoria. A Tí se debe la alabanza, porque todas las cosas que hay en el cielo y en la tierra tuyas son ».[1]

Inolvidable espectáculo y goce infinito del alma, que pudo ampliamente gustar durante breves días toda la suavidad de aquel gran don de Dios, que se llama la paz. « Traéis a todos los hombres — Nos había dicho ya en el puerto vuestro ilustre Intendente Municipal — un mensaje de paz ». A lo que Nós, rebosando sinceridad, immediatamente reponíamos : « Nos consideramos como mensajeros de la paz de Dios ». Porque vuestro inolvidable Congreso, arrastrando a todo un pueblo fundido en un solo afecto, ante un altar ; haciendo hincar las rodillas, movidos por un idéntico espíritu, a representantes de casi todo el mundo, fué antes que nada eso : « El triunfo mundial de Jesucristo, Rey de la paz ».

Pero pasaría el tiempo, la nube negra, que en lontananza sobresaltaba entonces ya los corazones, avanzaría luego como escuadrón de caballos desbocados y finalmente descargaría con furor. Y mientras que Nós, hijos carísimos de la entrañable República Argentina, os decimos una palabra de amor y de cristiana fraternidad, los cielos se ven revueltos por el zumbido siniestro de monstruos de acero que hacen llover la muerte, sobre la tierra revienta la metralla con horrible estridor, el suelo se empapa de sangre y se cubre de humeantes cascotes. « Facta est terra eorum in desolationem »... « Ha quedado reducida la tierra de ellos a un desierto... por la terrible indignación del Señor ».[2]

Dejadnos, hijos amadísimos, que en esta solemnísima hora, cuando la amable disposición de la Divina Providencia no Nos permite estar presentes a la repetición y evocación de las maravillas de hace diez años más que por medio de Nuestra voz, esta voz Nuestra os hable solamente de amor, de unión y de paz. Permitidnos que apartemos los ojos de tantos horrores y, recordando aquellas horas de paraíso, que ahora ante vuestros ojos se están repitiendo, evoquemos lo que sentíamos entonces, fúlgido ejemplar de lo que, ahora también, vosotros experimentáis, al contemplar esa Hostia Santa, sede de la Caridad. Lejos de ella el hombre mata

[1] 1 *Par.*, 29, 11.

[2] IEREM., 25, 38.

al hombre, en ella adoramos al Príncipe de los sacerdotes que se sacrifica por el mundo. «Vidimus principem sacerdotum ad nos venientem, vidimus et audivimus offerentem pro nobis sanguinem suum»;[3] lejos, la división y la separación violenta, en ella vence el imán de las almas, que une a todos en la fe y en la participación de sí mismo y de sus dones, «raíz y principio de la unidad católica»;[4] lejos, la discordia, alimentada por el egoísmo y por el ansia del imperio y de los goces terrenales, en ella se ofrece el alimento, que fortifica el alma y la educa en la escuela del deseo de las cosas celestiales, enseñándole el valor del sacrificio, mostrándole que en esta vida no pueden faltar las lágrimas y el dolor, pero que sobre el dolor y las lágrimas y el sacrificio está cimentado el gran misterio de la Redención; lejos, la tiranía de la muerte, en ella, la esperanza de la vida, porque ¿cómo podría pensarse que ha de corromperse y no ha de vivir una carne que se alimenta con el cuerpo y con la sangre del Señor?[5]

Recordadlo todo otra vez, con los ojos fijos en esta Hostia y no los quitéis jamás de ella. ¡Ojalá que no los hubiera nunca apartado la triste humanidad! ¡Ojalá hubiera sabido encontrar siempre en «la Eucaristía, sacramento y auxilio, el principio y el sostén de la vida cristiana en el individuo, en la familia y en la sociedad»! ¡Ojalá hubiera acudido cada vez con más fe a este celestial banquete de amor! Pues, como canta uno de los bardos de vuestra estirpe, «Si es dádiva de amor y pan de amores — Hombre, tibia es tu fe, cuando comida — No brotaren sus llamas de tu pecho».[6]

Miradla bien ahora, pero haced que vuestra mirada sea prenda de vuestros propósitos y vehículo de vuestras promesas. Ofrecedle vuestros deseos y vuestras esperanzas, exponedle vuestras necesidades y vuestras angustias, prometedle fidelidad a sus enseñanzas y a sus preceptos, aseguradle que en vuestros hogares reinará sólo Él con la santidad del matrimonio, el respeto al vínculo conyugal y la educación cristiana de los hijos, que en vuestra sociedad no se rendirá nunca culto al ansia desenfrenada del placer, a la locura del lujo y de la moda indecorosa y a la codicia insaciable de riquezas. Pero, si queréis obtener todos estos bienes, sobre todo daos cita con Él para recibirle frecuentemente. «Por cierto que pienso — dice la Mística Santa Abulense, y la citamos hoy con devoción singular por ser el día de su fiesta — que si nos llegásemos

[3] S. Ambros., *Enarrat. in Ps. 38, n. 25* - Migne, *PL.*, t. 14, c. 1102.

[4] Const. Apost. *de SS. Euchar. promiscuo ritu sumenda* - *Acta A. S.*, 1912, p. 615.

[5] Cfr. S. Iren., *Contra haereses*, lib. IV, cap. 18, n. 5 - Migne, *PG.*, t. 7, cc. 1027-1028.

[6] Luis de Ribera, *Recopilación de poesías clásicas al Smo. Sacramento. Recuerdo del XXXII Cong. Euc. Int. de Buenos Aires*, 1934, p. 20.

al Santísimo Sacramento con gran fe y amor, que de una vez bastase para dejarnos ricas ... ¡ Oh miserable mundo, que ansí tienes atapados los ojos de los que viven en tí, que no vean los tesoros con que podrían granjear riquezas perpetuas ! » [7]

Prenda de tales riquezas celestiales quiere ser la Bendición, que en este momento con toda la efusión de Nuestro ánimo paternal os otorgamos. Si la caridad de Dios, que la suave infusión del Espíritu Santo ha derramado en Nuestro corazón de Padre,[8] le hace vibrar hasta en sus últimas fibras cuando tenemos que invocar la Bendición del cielo sobre alguno de Nuestros hijos, ¿ cuál será en este momento Nuestro sentimiento, al bendecir a la espléndida República Argentina, que tan generosamente ha querido contribuir en estos últimos días para proveer de los medios necesarios a Nuestras benéficas iniciativas ; a la legítima heredera del rancio y catolicísimo espíritu hispánico, una de las más inolvidables etapas que la Providencia quiso poner en Nuestro camino, para enseñarnos a conocer y a amar a la humanidad, antes de confiarla a Nuestros cuidados de Pastor universal ?

Nuestra visita a las tierras argentinas quisimos clausurarla haciéndonos peregrinos de Nuestra Señora de Luján. Quiera ser Ella en este mes del Santísimo Rosario, la que os impetre del cielo las mejores bendiciones de su precioso Hijo : bendiciones para los presentes y los ausentes, para las Autoridades y el pueblo, para los individuos y la sociedad ; bendiciones, que sean aliento e impulso en los que peregrinamos todavía sobre este mundo y consuelo y sufragio en favor de los que, testigos hace diez años del grandioso triunfo del Señor Eucarístico, esperan acaso hoy el momento feliz en que, quitado ya el velo de las especies, han de verle cara a cara cuando Él se les mostrará como realmente es.[9]

[7] *Obras de Sta. Teresa de Jesús*, Burgos 1917, tomo IV, *Conceptos del amor de Dios*, pp. 244-245.

[8] Cfr. *Rom.*, 5, 5.

[9] Cfr. 1 Io., 3, 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM SANCTAE HEDWIGIS IN OPPIDO « TREBNITZ », INTRA FINES VRATISLAVIENSIS ARCHIDIOECESIS, HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter apostolici muneris Nostri curas haec quoque constans est ut, quo facilius non modo animarum bono sed et decori provehendo religiosi cultus consulatur, Episcoporum votis concedamus quae fines huiusmodi postulare videantur. Quapropter ultro libenterque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Vratislaviensium Archiepiscopi supplicem libellum excepimus, quo, ipse Purpuratus Pater sua, cleri populique sibi crediti fervida vota depromens, Nos enixe rogavit ut templum ad honorem Sanctae Hedwigis Deo dicatum in « Trebnitz », intra fines Vratislaviensis Archidioecesis, ad nobilem Minoris Basilicae gradum evehere dignemur. Corpus enim Sanctae Hedwigis in splendido servatur sepulcro, quod hac sacra in aede christifidelium turmae non modo ex Vratislaviensi sed ex finitimis etiam tam Germaniae quam Poloniae dioecesibus pie magnoque numero invisunt. Eadem sane Sancta cum heroica caritate enituerit, quam in Germania ipsa Orientali praesertim uti ecclesiarum ac monasteriorum fundatrix, morum studiorumque religionis atque humanioris vitae fautrix pauperumque mater ostendit, pretiosum exemplum reliquit Silesiae Catholicis, quos Nosmetipsi dum adhuc Legati Sanctae Sedis munere fungebamur, iam in sollemni Conventu anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto Breslaviae habito, haeredes caritatis Sanctae eiusdem vocavimus. Merito quidem templum trebnicense, tamquam centrum religiosi progressus christianaeque culturae reputatum, artis propterea operibus rebusque magni momenti floret. Formis romanis basilicalibus iam exstructum, interius postea ad stilum, quem barochum nuncupant, conversum est, magnifice tamen ob sculpturas, imagines, artificia cuiusvis generis, quibus parietes ac multa altaria divitissime exornantur. In magno autem sacello, quod ab australi presbyterii latere, gothicis uti aiunt, formis, saeculo tertiodecimo erectum est, sepulcrum honorificentissimum exstat Sanctae Hedwigis, quae in monasterio trebnicensi, ab ipsamet fundato, mortalem vitam cum immortali die decimaquinta mensis Octobris anno millesimo ducentesimo quadragesimo tertio commutavit. Septimus

profecto saecularis annus a sancto eiusdem Patronae Silesiae obitu est proxime celebrandus ac propterea ut etiam huiusmodi sollemnia peculiari Nostrae voluntatis testimonio augeamus memorati Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Vratislaviensium Archiepiscopi precibus annuendum censemus. Conlatis igitur consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum ecclesiam Sanctae Hedwigis, in oppido Trebnicensi exstantem archidioecesis Vratislaviensis intra fines, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, iuribus privilegiisque liturgicis adiectis quae rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum est ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV m. Iulii an. MCMXXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status*.

II

TEMPLUM IN HONOREM SANCTAE ROSAE LIMANAE IN CIVITATE BONAËRENSI DEO DICATUM AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum paterna caritas, qua ex apostolico, quod gerimus, officio christifideles omnes complectimur, Nos instanter admoneat ut ea, quae ad eorundem bonum spirituale nec non ad religiosarum rerum decus spectant, quantum in Domino possumus foveamus, libentissime pia excipienda censemus incepta quae hunc finem expetant. Quae inter procul dubio accensenda est erectio conspicui templi paroecialis, quod in honorem Sanctae Rosae Limanae in Reipublicae Argentinae principe civitate Bonaërensi expensis suis piissima mulier Maria Unzue de Alvear, marchionissa, extruendum curavit cum magna utilitate civium, qui Virginem Limanam, flagrantem totius Americae

Latinae florem, cuius hac ipsa die festum peragitur, fideli devotione colunt. Decessoris Nostri rec. mem. temporibus dum Eiusdem Legatus a latere in civitate Bonaërensi Conventui Eucharistico Internationali praefuimus, Nos ipsi libenti animo idem templum sollemniter benediximus, minime dubitantes quin plane laudabile piae auctoris inceptum magno populi urbis ipsius emolumento profuturum esset. Nunc autem tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bonaërensium Archiepiscopus tum Apostolicus Noster Nuntius in Republica Argentina ad Nos referunt nobilem praedictam foeminam, omnium etiam concivium suorum sensus exprimentem, admodum in votis habere ut idem templum Bonaërense, titulo ac dignitate Basilicae Minoris cohonestare dignemur; suffragiisque suis eadem vota amplissime commendant. Nos autem probe noscentes sacrum ipsum aedificium tam formae pulcritudine conspicuum esse quam amplitudine, artisque operibus enitere, proptereaque plane dignum haberi titulo petito; attentis etiam tum pietate ac devotione populi, qui frequentissime templum idem veluti Virginis Limanae Sanctuarium celebrat, ipsamque Sanctam vivido cultu ac profundo exornat; tum promeritis fundatricis piissimae, quae iugiter Bonaërenses ecclesias benefactis suis largiter prosequitur, conlatisque consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationi praeest, votis supplicationibusque memoratis, annuendum censemus. Nos igitur hisce Litteris Apostolicis, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Nostrae potestatis plenitudine praelaudatum paroeciale templum in civitate Bonaërensi Deo dicatum, ad honorem Sanctae Rosae Limanae Virginis, eo ipso die consecrationis eius, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* perpetuum in modum decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; praedictoque templo paroeciali Sanctae Rosae Limanae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris, die XXX m. Augusti, an. MCMXXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EM̃UM P. D. IACOBUM ALOYSIUM TIT. SANCTI HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM COPELLO, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, QUEM LEGATUM RENUNTIAT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA ARGENTINA REPUBLICA CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Facile profecto intelligere potes, quam suavi animi delectatione nuntium acceperimus, in praenobili ista urbe Argentinae capite, congressionem Eucharisticam ex tota Republica proximo Octobri mense actum iri, decimo scilicet exeunte anno, ex quo Nos Ipsi benignitate Pii XI, venerati Decessoris Nostri, Legati Apostolici munere perfungentes, Eucharistico ex omnibus nationibus conventui libentissime istic praefuimus. Neque enim exciderunt memoria Nostra amplissimi in augusti Sacramenti triumphum apparatus, magnificae frequentesque sacrorum rituum celebrationes, praeclara quidem avitae Argentinorum fidei pietatisque argumenta, fructusque salutares, quos non modo Argentinae incolae, verum etiam alienigenae ab illa celebritate domos suas reversi exinde perceperunt. Nunc autem in eadem urbe fervet acriter opus ad novas obsequii amorisque significationes divinae Eucharistiae exhibendas, ad publicas supplicationes pacifico Regi peragendas, ut, teterrimo bello per orbem terrarum longe lateque aestuante, humanoque genere infandum in modum semet ipsum dilaniante, Redemptoris caelestis misericordia imploretur, fraternaque caritas et consensio inter gentes tandem redintegretur. Huiusmodi igitur tua tuorumque studia atque consilia iucunda Nos voluntate probantes ac merita laude exornantes, in sacris sollemnibus proxime obeundis nolumus profecto praesentiam Nostram omnino desiderari. Quamobrem te, Dilecte Filii Noster, qui eximia dignitate egregiisque emines virtutibus, Legatum Nostrum hisce Litteris renuntiamus, ut Nostram gerens personam congressui Eucharistico in Sede tua metropolitana propediem habendo omnibusque sacris caerimoniis nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Perspecta equidem Argentinorum religione sollertiaque, minime dubitamus, quin eiusdem conventus celebratio felicem optatumque habeat exitum. Nosque iam gaudium praecipimus illius diei, quum Princeps pacis Christus Iesus per istius urbis vias, sollemniter procedente pio supplicantium

agmine, benedicendo gratiasque fidelibus liberaliter largiendo pertransibit. Quorum interea supernorum donorum praenuntia et conciliatrix, praecipuaeque caritatis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito, pariterque omnibus fidelibus, Eucharisticae congressionis causa Bonum Aërem proxime conventuris, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis Augusti, in Assumptione Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 13 Augusti 1944. — Metropolitanae Ecclesiae S. Pauli in Brasilia praefecit Exc. P. D. Carolum Carmelum de Vasconcellos Mottas, hactenus Archiepiscopum S. Ludovici in Maragnano.

die 31 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Solensi R. D. Honuphrium Bright, ex archidioecesi Birmingamiensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Williams, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis Birmingamiensis.

die 2 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Dagnensi R. D. Bernardum Stein, professorem Sacrae Scripturae in Seminario Trevirensi, parochum in civitate *Kanzem,* quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Francisci R. Bornewasser, Episcopi eiusdem dioecesis Trevirensis.

die 10 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Parà Exc. P. D. Marium de Miranda Villas Boas, hactenus Episcopum Garanhunensem.

die 25 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Bostoniensi Exc. P. D. Richardum Iacobum Cushing, hactenus Episcopum titularem Melensem et Administratorem Apostolicum eiusdem archidioecesis Bostoniensis.

die 3 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Taubatensi Exc. P. D. Franciscum Borges Amaral, hactenus Episcopum Lorenensem.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

I

DECRETUM

ERECTIONIS UNIUS TRIBUNALIS SECUNDAE INSTANTIAE PRO VICARIATIBUS APOSTOLICIS IN AEGYPTO.

Iuris prudentiam, quae non tantum scientia sed et experientia constat, ad iudicis munus rite obeundum omnino requiri nemo est qui ignoret. Huiusmodi autem munus congruam, per assiduum disciplinarum iuridicarum studium, praeparationem expostulat necnon habitum leges recte interpretandi et applicandi.

Mirum ergo non est, praesertim ubi sacerdotes numero exigui sint et pluribus gravibusque negotiis intenti, difficilius membra inveniri ad Tribunal constituendum idonea, quae debita sollicitudine diligentiaque causis sibi commissis incumbere valeant. Haec vero rerum conditio eo gravior evadit, si de Tribunalibus appellationis constituendis agatur, in quibus recta iustitiae administratio peritiores scientia et experientia iudices exquirit.

His innixa rationibus, ac votis annuens Vicariorum Apostolicorum qui fideles ritus latini in Aegypto regunt, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali statuendum decrevit:

I. Vicariatus Apostolici Aegypti, Canalis Suesii, Deltae Nili unicum habeant Tribunal appellationis in Urbe Cahira, ad quod causae cuiuscumque generis, a tribunalibus ordinariis primae instantiae eorumdem Vicariatuum pertractatae, in secunda instantia deferendae sunt, firmo praescripto Can. 1559 § 1, C. I. C.;

II. Tribunal appellationis a tribunali ordinario primae instantiae omnino distinctum esse debet;

III. Tribunalis appellationis Iudices, Promotor Iustitiae, Vinculi Defensor et Administri ab Ordinariis eorumdem Vicariatuum Apostolicorum eligantur;

IV. Tribunalis Praeses ad triennium constituatur, qui tamen poterit etiam pluries in suo munere confirmari;

V. Unum saltem notarium idem Tribunal habeat stabiliter constitutum;

VI. Iudicum, Promotoris Iustitiae, Defensoris Vinculi et Notariorum nominationes cum Delegato Apostolico Aegypti communicandae sunt, neque electis ullo modo patefiant, antequam Delegatus Apostolicus rescripserit nihil obstare;

VII. Album procuratorum et advocatorum iidem Vicarii Apostolici conficiant; itemque notulam taxarum et expensarum iudicialium nec non emolumentorum ad procuratores et advocatos spectantium;

VIII. Iudices, Promotor Iustitiae, Vinculi Defensor et Notarii a Vicariis tantum Apostolicis, communicatis inter se consiliis, removeri possunt;

IX. Vicarius Apostolicus Aegypti, nomine aliorum Vicariorum, Tribunal moderetur;

X. Coram Vicario Apostolico Aegypti omnia Tribunalis membra et administri, antequam suo munere fungi incipiant, iusiurandum praestent de officio suo rite et fideliter implendo.

Ssmus D. N. Pius div. prov. Pp. XII, in Audientia d. 10 Iulii a. 1943 infrascripto Cardinali a secretis concessa, haec omnia adprobare rataque habere dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali et individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, d. 12 m. Iulii anno 1943.

E. Card. TISSERANT, *a Secretis.*

L. ✠ S.

† Ant. Arata, Archiep. tit. Sardianus, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus D. N. Pius, div. Prov. Pp. XII, decreto S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 8 mensis Septembris anno 1944 dato, titulari episcopali Ecclesiae Appianae praefecit Revmum Dnum Theodorum Georgium Romža, Directorem spiritus in Seminario Munkacsiensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Nicolai Dudas, Administratoris Apostolici eiusdem dioecesis Munkacsiensis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BURDIGALEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PETRI BENVENUTI NOAILLES, SACERDOTIS, FUNDATORIS INSTITUTI SORORUM A SANCTA FAMILIA.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Cum in Gallia, decimoctavo saeculo in finem vertente, acerrima saeviebat seditio, quae divina humanaque iura pessumdabat, confertumque victimarum agmen immolabat, ineffabilis Dei miserentis providentia, ex ipso generosae eiusdem nationis sinu, plures viros atque mulieres suscitavit, qui omnigenis caritatis operibus, et christianae iuventutis educationi sedulo incumbendo tot tantasque repararent ruinas. Id praesertim videre est in Archidioecesi Burdigalensi, quae praeclarissimos huiusmodi viros ac mulieres, de christiani populi instauratione optime meritos, ea tempestate protulit. Eminent prae ceteris Servi Dei Gulielmus Iosephus Chaminade, Societatis Mariae et Filiarum Mariae Immaculatae fundator, Ioanna Chanay, Sororum a S. Ioseph fundatrix, Maria Teresia Carola de Lamourous, Sororum a Misericordia fundatrix, atque Petrus Benvenutus Noailles, Instituti, praesertim, Sororum a S. Familia fundator, de quo in hoc decreto agitur. Hi omnes, earumque spirituales familiae uberrimis fructibus Ecclesiam civilemque societatem honestarunt atque etiam nunc laetificant.

Petrus Benvenutus die 27 mensis Octobris anno 1793 Burdigalae, octavus ex decem filiis, quos Petrus Noailles ac Magdalena Richard genuerant, natus est, eodemque die baptizatus.

Impium apostatam, licet ad tempus, praeceptorem nactus, irreligionis venenum hausit, quo factum est, ut totam adulescentiam a Deo fere alienam traduceret.

Verum quoniam rectum animum servaverat, optimi sacerdotis prudenti sanctaque industria fidei veritates edoctus, Paenitentiae atque Eucharistiae sacramenta viginti annos natus suscepit. Lutetiae Parisiorum, quo, ut iuridicas disciplinas coleret, concesserat, superno impulsu, in S. Sulpitii Ecclesiam ingressus, suum animum cuidam sacerdoti aperuit, qui divina consilia admiratus, iuvenem in celebre S. Sulpitii Seminarium mense Octobri a. 1816 admitti curavit. Tanta fuit eius animi mutatio, ut ceteris clericis exemplo in virtutibus omnibus praeluceret, atque insimul dignus fuerit habitus qui ad Sacrum Presbyteratus Ordinem post triennium promoveretur.

In patriam reversus Vicarii munere diligentissime functus est. Verum animarum zelo impulsus, multiplicibus earum necessitatibus perspectis, plura sodalitia fundavit: pro educandis orphanis, pro elevatione mulierum in bonis artibus expolitarum, pro infirmorum assistentia domi degentium, pro ruricolis, pro iis quae solitudinis amore vitam a mundo alienam ducere optabant, pro adulescentibus Sabaudiensibus, caminorum purgatoribus atque alia, quae longum est referre; quare a suis Superioribus Servus Dei vocatus fuit: *Homo omnium bonorum operum satagens auctor*. Porro omnia haec sodalitia sub generica appellatione *S. Familiae* comprehenduntur. Ut autem multiplex hoc Institutum firma ac stabili directione frueretur, conventione habita cum fundatore, Servo Dei Eugenio de Mazenod, Congregationi Oblatorum Mariae Immaculatae illud in perpetuum concredidit.

Tanta tamque salutaria opera in actum nequeunt deduci, nisi Deus det; etenim: *Sine me nihil potestis facere,* dicit Dominus; atque Petrus Benvenutus, ut efficax aptumque beneficiorum Dei instrumentum fieret, totus in virtutum omnium exercitium incubuit, ad heroicum usque gradum quidem, uti auspicari fas est, pertingens. Quod confirmatur ex eo quod Crucis sigillum non defuit; plurimas namque Servus Dei difficultates nactus est; calumnias, contradictiones, dolores, angustias est passus, quas tamen omnes, iugi oratione, voluntariis corporis afflictationibus summaque Dei fiducia fortiter superavit; quam ipse Deus munifice coronavit. Non modo enim Dei Famulus Summis Pontificibus Gregorio XVI et Pio IX carissimus fuit et, quoad vixit, supernaturalibus charismatibus enituit, prout deponunt testes, sed Institutum etiam a se conditum ingenti animi oblectatione vidit Apostolicae Sedis favore cumulatum et late propagatum. Viginti quatuor enim supra ducentas domos, aliis quoque in Dioecesibus, instituit, a quibus uberrimi animarum fructus profluxerunt. Post autem eius obitum Pius Papa X per decretum Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium die 18 Decembris

a. D. 1903 eius Constitutiones approbavit nec non aggregationem Congregationi Oblatorum B. M. V. Immaculatae in perpetuum sancivit. Multiplices familias principi S. Familiae Instituto ab initio additas in tres veluti partes distinctas Sacra Congregatio coartavit: sub S. Ioseph patrocinio orphanarum educationem; sub patrocinio Immaculatae Conceptionis puellarum institutionem; infirmorum autem assistentiam sub titulo Spei (de l'Espérance). Anno 1920 ad Capituli Generalis petitionem concessa facultas fuit domos erigendi in locis Missionum Asiae atque Africae, quae concessio prius ad tempus a. vero 1924 in perpetuum facta est.

Sed iam homini tot laboribus perfuncto aeterna requies debebatur. Porro apoplectico morbo pluries attactus, sed nunquam de mente discedens; morbi dolores, quos patientissime tolerabat, pro Summo Pontifice Pio IX Deo offerens, morientium sacramentis refectus, die 8 Februarii a. D. 1861, sanctissime spiritum Deo reddidit.

Annis 1926-1928 in Archiepiscopali Curia Burdigalen., Emi Cardinalis Andrieu, Archiepiscopi, auctoritate super fama sanctitatis, super scriptorum perquisitione atque obedientia Urbani VIII decretis, de cultu Servis Dei non praestando, constructi sunt processus, atque ad Urbem delati.

Scriptis revisis, Sacra haec Congregatio die 12 Maii 1937 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi.

Duo Reges, decem S. R. E. Cardinales, 11 Archiepiscopi, 48 Episcopi, mitrati Abbates, Ordinum seu Congregationum generales Antistites, aliique plurimi Pium XI f. r. atque regnantem Pontificem enixe sunt adprecati ut huius Servi Dei causa Sacrorum Rituum Congregationi committeretur.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Revmo P. Ioanne a S. Ioanne in Persiceto, Causae Postulatore, instante, die 20 mensis Iunii anni huius, in Ordinario Sacrae huius Congregationis coetu, Emus ac Revmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de ea retulit.

Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac audita, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, generali Fidei Promotore, omnibus mature perpensis, responderunt: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Subsignata autem die, a subscripto Cardinali S. R. C. Praefecto, Beatissimo Patri Pio Papae XII relatione facta, Sanctitas Sua, rescri-

ptum Eñorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Petri Benvenuti Noailles* Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, 23 Iunii 1944.

✠ C. Card. SALOTTI, Ep. Praen., *Praefectus*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VICARIATUS APOSTOLICI AEGYPTI

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE CATHARINAE A S. ROSA VITERBIEN., IN SECULO CONSTANTIAE TROIANI, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM FRANCISCALIUM MISSIONARIARUM IN AEGYPTO.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Seraphicus Patriarcha Franciscus, qui cum Cherubico Patriarcha Dominico a Deo suscitatus fuit ut totus mundus Christi spiritu renovaretur, factus ipse vivissima Eius imago, primus ex Ordinum fundatoribus de infidelium evangelizatione in ipsa regula caput inscripsit, exemploque confirmavit. Ipse enim, etsi praepeditus fuit Marrochium adire, in Aegyptum tamen perrexit, atque, uti constans fert traditio, loca passione ac Domini morte sacrata invisit, « martyr desiderio », sanguinem fundere pro ethnicorum evangelizatione discupiens. Ipse, Fratres ad Marrochium mittens, ita est eos allocutus : Filioli mei, Deus mihi mandavit quod mit- « tam vos ad terram Saracenorum ad praedicandum et confitendum eius « fidem et legem Machometicam impugnandum. Et ego etiam ibo per « aliam partem ad infideles et Fratres alios mittam per universum mun- « dum » (Passio Ss. Mm. Berardi et soc., *Anal. Francisc.*, III, 1897, pag. 579).

Innumeri sunt eius spirituales filii, qui Christum daturi aut sanguinem ab Ordinis initio ad nostra usque tempora ad paganorum conversionem impigre ac strenue adlaborarunt, atque fidem, quam praedica-

verant, effuso sanguine confirmavere. Ex quibus non pauci Beatificationis aut Canonizationis gloria fuere honestati. Universum quidem mundum Fratres Minores evangelizare aggressi statim sunt; verum speciali divinae Providentiae consilio factum est, ut, ab anno 1219, loca Sancta Palaestinensia atque vicinia custodire quasi eorum iuris fieret, quod ius a Romanis Pontificibus, a Regibus atque a nonnullis Caliphis recognitum, mordicus atque heroice, nullis fracti insectationibus, spreta quoque morte, tenuerunt adhucque tenent. Franciscus itaque tresque sui Ordinis Familiae, praeceptum Domini: *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae* (Mc., XVI, 15) ad unguem servaverunt ac servant.

Ineunte autem decimonono saeculo stupendum novum in Ecclesia factum datum est admirari; religiosas nempe feminas, nullis praepeditas difficultatibus, omnibus spretis periculis, ad infidelium regiones advolare, ubi, omnigenis caritatis operibus atque puellarum educationi attendentes, uberrimosque fructus referentes, validissimum missionali apostolatui adiutorium praestant. Ex his heroinis Philippina Duchesne, e Societate Sororum a Sacro Corde Iesu, prima ad altarium honores pervenit; modo autem septem sorores ex Instituto Franciscalium Missionariarum Mariae, martyres in Sinis, in eo est ut eadem gloria honestentur.

Nostro hoc tempore de quamplurimis Institutis, e quibus octoginta circiter sub Seraphici Patris signo reguntur, plura Sororum millia annumerantur, quae per universum orbem missionibus allaborant.

Non infimum ex his Institutis locum tenet illud, quod Mariam Catharinam a S. Rosa Viterbiensi fundatricem se gloriatur habere.

In oppido « Giuliano di Roma » Ferentinae dioecesis, die 19 Ianuarii a. D. 1813 e Thoma Troiani ac Teresia Panici Cantone Serva Dei orta est, quae eodem die sacris abluta fuit aquis, susceptis nominibus: *Constantia, Dominica, Antonia.* Quinquennis puellula, matre demortua, Sororibus Franciscalibus Magistris, alenda ac educanda fuit tradita in religiosa domo non multis antea annis Ferentini fundata, cui nomen: *S. Chiara della Carità.*

In hoc Constantia statim mira dedit exempla virtutum, praesertim suipsius abnegationis, paenitentiae, obedientiae, aemulationis in sanctorum imitatione, adeo ut facta sit omnibus forma ceterarum alumnarum.

Quindecim annos nata vocationem ad religiosam vitam persensit: voti autem compos in eodem monasterio facta est die 8 Decembris anno 1829, assumpto nomine Mariae Catharinae a S. Rosa Viterbiensi. Tirocinio expleto, die 16 Decembris anno 1830 sacra religionis vota maximo sui animi gaudio nuncupavit. Eius animi dotibus perspectis,

primae in monasterio partes ei fuere concreditae, maximo cum Monasterii emolumento.

Interim, divino impulsu iamdudum operante, Maria Catharina vivissimo desiderio urebatur ad missiones inter infideles advolandi, quod votum secreto in seipsa servabat, Deum exorans ut suam sibi pandere voluntatem dignaretur.

Anno 1852 Rev. P. Ioseph Modena O. F. M. ex Aegypto rediens, Ferentinum adiit, Vicarii Apostolici optatum Sororibus patefaciens, quod nonnullae ex eis in Aegyptum se conferrent, ut in puellarum educationem incumberent. Ardenter votum hoc Sorores exceperunt, quod nonnisi anno 1859, Ferentino Episcopo ac S. C. de Propaganda Fide faventibus, in actum potuit deduci.

Sex itaque Sorores, ipsa Abbatissa duce cum Serva Dei Maria Catharina, Cairum, mense Septembri, pervenere atque in loco Clot-Bey domicilium statuerunt. Res optime cesserunt. Scholas enim vix apertas frequentes accedunt puellae, quarum progressiones tam in studiis, quam in muliebribus operibus admirati parentes aliique, etsi mahumeticae sectae addicti, nec non ipse Vice-Rex, plures ut aperirentur aliae domus ac ludi etiam atque etiam institerunt obtinueruntque. His laudabilibus inceptis, alia adiuncta sunt, inter quae memorare libet Pium Opus pro nigris puellis redimendis, Catharinae eiusque Instituto a Sacerdotibus I. B. Olivieri ac B. Verri concreditum nec non Opus pro neonatis per viam expositis et derelictis colligendis.

Dum haec prospere in Aegypto procedunt, Ferentinum Monasterium non modo noluit alias sodales in Aegyptum transmittere, sed separationem omnimodam ab Aegyptiaca missione a. 1865 impetravit. Sorores itaque missionales, incassum cedentibus enixis atque reiteratis Servae Dei precibus ut a decisis Ferentinum Monasterium recederet, seiunctae ab eo fuerunt. Ut huic incommodae seiunctioni occurreret atque optimas, quas probaverat, operarias missioni servaret, Sacra Congregatio de Propaganda Fide a. 1868 decrevit: « Minister Generalis totius « Ordinis S. Francisci, collatis consiliis cum Vicario Apostolico Aegypti, « ad canonicam praedictae familiae institutionem procedat ».

Quare Minister Generalis, hac utendo facultate, decretum edidit, in quo legitur: « Audito et plene consentiente Revmo D. Vicario Aposto- « lico Aegypti, easdem Sanctimoniales in Familiam Tertii Ordinis Regu- « laris S. P. N. Francisci canonice erigimus et eiusdem familiae Mo- « niales, tam existentes, quam futuras, membra legitima eiusdem Tertii « Ordinis declaramus etc. ».

Novum igitur Institutum conditum quidem est, sed efficacissimam

operam ad hoc Maria Catharina contulit, quae plurimum quoque regulis constituendis atque ad locorum necessitates aptandis allaboravit. Eapropter vere novi Instituti conditrix ac fundatrix est agnoscenda.

Seraphicus Pater in Marrochium abeuntibus missionalibus Fratribus haec praecepit: « Carissimi filii,... videatis quod inter vos sit pax et « concordia et nexus indissolubilis caritatis. Fugite invidiam, quae fuit « principium nostrae perditionis. Sitis in tribulationibus patientes, in « prosperis humiles et sic eritis in omni pugna victores. Imitatores « Christi estote in paupertate, obedientia et castitate ... Spes nostra sit « in Deo qui nos diriget et iuvabit ... Rogo vos quod ante oculos vestros « semper habeatis dominicam passionem, quae vos roborabit et ad pa- « tiendum pro ipso animabit » (Ibid.). Tota vita Mariae Catharinae graphice his verbis designatur, Multa enim passa est, sed spe in Deo posita, suaviter ac fortiter omnia sustinuit ac superavit. Christum imitata, arctissimam paupertatem, omnimodam obedientiam, intemeratam castitatem coluit. Dominicam passionem prae oculis habuit, quae eam ad patiendum roboravit, quamque iugi oratione aluit. Humillima cum esset, nihil sine prudentum virorum consilio agere suevit, inter quos Servi Dei Bernardini a Portu Romatino O. F. M. Generalis Ministri.

Anno 1885 Hierosolymis domum maximo sui animi gaudio constituit.

Die 6 Maii anno 1887 gravi morbo correpta, Ecclesiae sacramentis munita, tota civitate complorante, Cairi animam Deo reddidit.

Vixdum adiuncta siverunt, in Curia Vicariatus Apostolici Aegypti atque per Rogatoriales litteras in Curiis Hierosolymitana et Ferentina Ordinaria auctoritate constructi sunt processus super sanctitatis fama, super scriptis atque obedientia Urbani VIII decretis, cultum Servis Dei prohibentibus. Die 20 Novembris a. 1940 S. R. C. decrevit, scriptis perpensis: « Nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit ».

Interim septem S. R. E. Cardinales, plures Archiepiscopi et Episcopi, item plures Generales Moderatores Ordinum seu Congregationum, praesertim Missionalium, enixe a Summo Pontifice Servae Dei beatificationis causam introduci postularunt.

Omnibus itaque de iure servatis, Revmo P. Fortunato Scipioni O.F.M. postulatore instante, subscriptus Cardinalis S. R. C. Praefectus et Causae Ponens in Ordinariis Sacrae Congregationis Comitiis die 20 mensis Iunii huius anni dubium posuit disceptandum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur* atque de ea retulit.

Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac audita, susceptis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, audito etiam R. P. D. Salvatore Natucci,

Fidei generali Promotore, omnibus mature perpensis respondere censuerunt: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae si Ssmo placuerit.*

Subsignata autem die a subscripto Cardinali Beatissimo Patri Pio Papae XII relatione facta, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae Catharinae a S. Rosa Viterbien.* Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 23 Iunii a. D. 1944.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 7 novembre 1944, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulle virtù del Venerabile Servo di Dio Girolamo Terzo di Gesù e Maria, laico professo dell'Ordine dei Carmelitani.

Martedì, 21 novembre 1944, presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Vescovo di Ostia e Albano, Ponente o Relatore della Causa di beatificazione e canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Lodovico da Casoria, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, Fondatore della Congregazione dei Frati della Carità, detti « Bigi », del Terz'Ordine di S. Francesco, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Venerabile Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 29 settembre 1944, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare Sua Eccellenza Reverendissima Monsig. Giovanni Smit, Vescovo titolare di Paralo, *Consultore della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 ottobre 1944. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaello Carlo Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea di Cemmo di Capodiponte* (Brescia).

4 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Adorazione Perpetua* (Watermael: Malines) *e dell'As-*

sociazione dell'Adorazione Perpetua e dell'Opera delle chiese povere.

11 novembre 1944. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Enrico Sibilia, *Protettore del Collegio Teutonico in S. Maria dell'Anima* (Roma).

20 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Dino Staffa, *Prelato Uditore della Sacra Romana Rota.*

Assistente al Soglio Pontificio:

30 settembre 1944. S. E. Revma Monsig. Ercolano Marini, Arcivescovo di Amalfi.

Prelati Domestici di Sua Santità:

3 luglio 1943. Monsig. Pasquale Romeo Galindo, dell'archidiocesi di Saragozza.

21 settembre » Monsig. Gioacchino Santamaria y Vigil, dell'archidiocesi di Guatemala.

2 ottobre 1944. Monsig. Salvatore Cacopardo, dell'archidiocesi di Messina.

5 » » Monsig. Giuseppe F. Dolan, dell'archidiocesi di Newark.

20 » » Monsig. Guglielmo Sansone, della diocesi di Muro Lucano.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari di S. S.:

8 ottobre 1942. Monsig. Eugenio Nagy, della diocesi di Alba Julia.

» » » Monsig. Ladislao Imre, della medesima diocesi.

6 maggio 1943. Monsig. Antonio Giuseppe Cerqueira Valente, dell'archidiocesi di Maceiò.

2 giugno » Monsig. Almir Marques, della diocesi di Uberaba.

» » » Monsig. Eduardo dos Santos, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Emanuele Fleury Curado, della medesima diocesi.

23 luglio 1944. Monsig. Angelo Zibellini, della diocesi di Sutri.

10 agosto » Monsig. Michele Onofri, della diocesi di Tivoli.

20 » » Monsig. Donald M. Carroll, dell'archidiocesi di Chicago.

11 settembre » Monsig. Mauro Zaccardo, della diocesi di Muro Lucano.

» » » Monsig. Giuseppe Catalano, della medesima diocesi.

23 » » Monsig. Ugo Dolan, della diocesi di Raleigh.

8 ottobre » Monsig. Tommaso Ryan, dell'archidiocesi di Cashel.

26 » » Monsig. Francesco Cariello, dell'archidiocesi di Sorrento.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 marzo 1939. Monsig. Riccardo D'Azzeo (Roma).
19 settembre 1942. Monsig. Valeriano Pereira de Sousa, della diocesi di Cajazeiras.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

30 settembre 1944. A S. E. il sig. Hildebrando Pompeu Pinto Accioly (Brasile).
» » » A S. E. il sig. dott. Bailón Mercado (Bolivia).

La Commenda di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 settembre 1944. Al sig. dott. Arturo Pinto Escalier (Bolivia).
» » » Al sig. Giuseppe Saulini (Roma).
13 ottobre » Al sig. Guglielmo F. Montavon, dell'archidiocesi di Baltimora.
» » » Al sig. Francesco A. Hall, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Bruce M. Mohler, della medesima archidiocesi.
20 novembre » Al sig. avv. Guido Azzone, dell'archidiocesi di Napoli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 ottobre 1944. Al sig. Sabino Losco, della diocesi di Avellino.
5 » » Al sig. Enrico J. Massman, della diocesi di Kansas City.
» » » Al sig. J. Ernesto Dunn, della medesima diocesi.
21 novembre » Al sig. dott. Luigi Filosi (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

11 settembre 1944. Al sig. Giuseppe Cardilli, dell'archidiocesi dell'Aquila.
30 » » Al sig. dott. Napoleone Grenga, della diocesi di Terracina, Sezze e Piperno.
2 ottobre » Al sig. Vincenzo Irolli, dell'archidiocesi di Napoli.
9 » » Al sig. cav. Benedetto Fabris (Roma).
5 novembre » Al sig. Costa M. Zeukitch (Jugoslavia).
10 » » Al sig. Vitoldo Bronowski (Polonia).
20 » » Al sig. ing. Mario Pastore, dell'archidiocesi di Trani e Barletta.

Il Cavalierato di S. Silvestro Papa:

30 settembre 1944. Al sig. Paolo Molinari, della diocesi di Viterbo.
3 ottobre » Al sig. Vittorio Giordani, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Amerigo Picariello, della diocesi di Avellino.
9 » » Al sig. Costantino Antoniotti (Roma).
» » » Al sig. Mario Scifoni (Roma).
12 novembre » Al sig. Edoardo Giovannini (Roma).
20 » » Al sig. Alfredo Garfagnini (Roma).
» » » Al sig. Michele De Camelis, dell'archidiocesi di Trani e Barletta.

NECROLOGIO

27 ottobre 1943. Monsig. Paolo Albera, Vescovo di Mileto.
» maggio 1944. Monsig. Giovanni M. Phung, Vescovo tit. di Marciana.
16 settembre » Monsig. Pietro Maria Gourtay, Vescovo tit. di Arad, Vicario Apostolico di Cajenna.
27 » » Monsig. Giovanni Duffy, Vescovo di Buffalo.
» » » Monsig. Michele Robu, Vescovo di Jassi.
10 ottobre » Monsig. Giacomo Maguire, Vescovo tit. di Ilio.
11 » » Monsig. Giuliano Guglielmo Conan, Arcivescovo tit. di Seleucia di Isauria.
28 » » Monsig. Giuseppe Di Girolamo, Arcivescovo tit. di Marcianopoli.
30 » » Monsig. Giovanni Peschges, Vescovo di Crookston.
4 novembre » Monsig. Andrea Szeptyckyj, Arcivescovo di Leopoli dei Ruteni.
» » » Monsig. Luigi Drago, Vescovo di Tarquinia e Civitavecchia.

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVI, n. 11 – 21 Novembris 1944)

ACTA PII PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

PAG.

Venerables Hermanos y amados hijos. – Christifidelibus datus ob Conventum Eucharisticum e tota Republica Argentina in urbe Bonaërensi coadunatis. – *15 Octobris 1944* 297

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Inter apostolici.* – Templum Sanctae Hedwigis in oppido «Trebnitz», intra fines Vratislaviensis Archidioecesis, honoribus Basilicae Minoris insignitur. – *15 Iulii 1943* 301

II. *Cum paterna caritas.* – Templum in honorem Sanctae Rosae Limanae in civitate Bonaërensi Deo dicatum ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur. – *30 Augusti 1941* . 302

EPISTULA

Facile profecto. – Ad Emum P. D. Iacobum Aloysium tit. Sancti Hieronymi Illyricorum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Copello, Archiepiscopum Bonaërensem, quem Legatum renuntiat ad Conventum Eucharisticum e tota Argentina Republica celebrandum. – *15 Augusti 1944* 304

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PAG.

Provisio Ecclesiarum 306

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

I. Decretum. Erectionis unius Tribunalis secundae instantiae pro Vicariatibus Apostolicis in Aegypto. – *12 Iulii 1943* 307

II. Provisio Ecclesiae. – *8 Septembris 1944* 308

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Burdigalen.* – Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Benvenuti Nosilles, Sacerdotis, Fundatoris Instituti Sororum a Sancta Familia. – *23 Iunii 1944* 309

II. *Vicariatus Apostolici Aegypti.* – Decretum introductionis causae pro beatificatione Servae Dei Mariae Catharinae a S. Rosa Viterbien., in saeculo Constantiae Troiani, Fundatricis Instituti Sororum Franciscalium Missionariarum in Aegypto. – *23 Iunii 1944* 312

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 317

II. Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 317

III. Necrologio 320

DISCORSI E RADIOMESSAGGI DI SUA SANTITÀ PIO XII

VOLUME V — QUINTO ANNO DI PONTIFICATO

2 MARZO 1943 - 1 MARZO 1944

Edizione: Soc. Ed. « Vita e Pensiero ». Tipografia Poliglotta Vaticana, 1944 . . . L. 80 —

IL SANTO VANGELO DI N. S. GESÙ CRISTO e gli Atti degli Apostoli. Traduzione italiana con note. 516ª ristampa con l'aggiunta di un Manuale di Preghiere. Pagg. XX-460-80* . . . . . L. 8 —
— Franco di porto in Italia . . . . . L. 9,50

PICCOLO MANUALE DI PREGHIERE. Città del Vaticano; Pia Società di S. Girolamo per la diffusione dei Santi Vangeli, Editrice. Pag. 80 e copertina.
Presso la Sede della Società (Libreria Vaticana) L. 0,90
In Roma ed in Italia L. 1,50 —

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
MISSAE DEFUNCTORUM EX MISSALI ROMANO DESUMPTAE. ACCEDIT RITUS ABSOLUTIONIS PRO DEFUNCTIS EX RITUALI ROMANO. Editio quinta iuxta typicam. Typis Polyglottis Vaticanis MCMXLIII. In-4°. Legato in tela, con croci in oro sui piani, segnacoli, ecc.	90 —	95 —	100 —
BACCI ANTONII **VARIA LATINITATIS SCRIPTA.** Inscriptiones, Orationes, Epistulae eorumque **LEXICON** vocabulorum, quae difficilius latine redduntur. **LEXICON**, quod hoc volumine continetur, latinitatis cultoribus valde utile est, cum vocabula latine reddat, quae nostra haec aetas ad res novas significandas invexit	90 —	97 —	100 —
MASSIMI Card. MASSIMO. **LE FESTE DI MARIA.** Preghiere. Pag. 80 - cm. 11×16	3 —	4 —	5 —
OTTAVIANI Mons. ALFREDO. **LUCE DI ROMA CRISTIANA NEL DIRITTO.** In-12°, pag. 65	10 —	12 —	13 —
BEATUS INNOCENTIUS PP. V. PETRUS DE TARANTASIA O. P. Studia et documenta. Prefazione di Fr. M. S. GILLET, O. P. Mag. Gen. 1943. In-8°, pag. VIII-498 con 8 tavole	200 —	206 —	210 —
CODICIS IURIS CANONICI INTERPRETATIONES AUTHENTICAE seu responsa a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos ab anno 1917 ad annum 1935 data, et in unum collecta atque Romanorum Pontificum actis et Romanae Curiae decisionibus aucta (pag. VIII-228), addita *Appendice* ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38)	12 —	14 —	16 —
— **Appendix**, ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38), in-8° . . .	2 —	3 —	4 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis " Acta Apostolicae Sedis „
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722)